

destitutum ^{a)} imperiali principe iudicante ^{b)} iustitia bellicosus ^{c)} naufragiis vexabatur ¹⁾, quoniam divina necessitate ²⁾ iam illi subicitur, cui de iure debetur, et qui non ex tyrannica violentia populum plectet ³⁾, sed legitimis regulis sanctionum in melius reformatum populo conservabit diligenter et defendet pacificum statum eius ⁴⁾.

XII.

Ein kaiserlicher Richter verkündet die Bestrafung von Reichsverrättern.
(1220—1250? 1310—1313?) ⁴⁾.

Hs. fol. 6^v—7^r.

De ore prudentis exivit mel, dulcedo melis eloquium eius ⁵⁾. Hoc est illud verbum dulcisonum ⁶⁾ a diebus antiquis ore Davitico prophetatum: *Letabitur iustus, cum vindictam viderit peccatorum* ⁶⁾; non quod iustus pure de malo gaudeat alieno tamquam desiderans saturari vindicta, sed illius ⁷⁾ laudat iudicium, qui bonis bona tribuit malaque malis iustitia mediante. Nihil enim prodesset fidelibus obedientia, si contumacium proditorum pravitas existeret impunita. *Fidelis servus et prudens* ⁷⁾ imperialis ⁸⁾ honoris hec et similia meditatur in corde ⁸⁾, profert in ore contionabilia cum ceteris fidelibus conferendo. Sed *quis est hic, et laudabimus eum* ⁹⁾? *Latet anguis in herba* ^{h)} ¹⁰⁾, agni ⁱ⁾ vellere lupus ¹¹⁾ se molitur et satagit polluere, proditores fidelium simulant ^{k)} vestigiis

^{a)} dudum *Hs.*; für diese Konjektur vgl. den Text bei R. M. Kloos, *Petrus de Prece und Konradin*, QFIAB. 34 (1954) 96 Zeile 1—3 Sicut navis ... magistro remige destituta ... sic Romanum imperium usw. ^{b)} iudicavit *Hs.*
^{c)} bellicosus *Hs.* ^{d)} plebet *Hs.* ^{e)} dulcissonum *Hs.* ^{f)} ilius übergeschrieben *Hs.* ^{g)} inperialis *Hs.* ^{h)} erba *Hs.* ⁱ⁾ übergeschrieben; auf der Zeile agnatro (?) *Hs.* ^{k)} famulantur *Hs.*

¹⁾ Ähnliche Gedankenfolge mit wörtlichen Anklängen Kloos a. a. O. S. 96 Absatz 4—7.

²⁾ Für den Begriff der necessitas bei Petrus de Prece vgl. Kloos a. a. O. S. 95 Absatz 1 u. S. 101.

³⁾ Ähnlicher Gedanke mit wörtlichen Anklängen Kloos a. a. O. S. 95 Zeile 8 f. u. S. 103 Absatz 3.

⁴⁾ Vgl. oben S. 401 Nr. 20.

⁵⁾ Vgl. Ps. 118, 103 u. Apoc. 10, 9—10.

⁶⁾ Vgl. Ps. 57, 11.

⁷⁾ Matth. 24, 45.

⁸⁾ Vgl. Ps. 76, 7.

⁹⁾ Eccli. 31, 9.

¹⁰⁾ Vergil, *Eclogae* 3, 93.

¹¹⁾ Vgl. Matth. 7, 15.